

# **Chartes et documents de Saint-Bénigne de Dijon.**

## **Prieurés et dépendances des origines à 1300.**

### **Tome premier., 67**

Domino sacro sacratissimo beato Benigno, vel ipsius rectores qui ad ipsa casa Dei deservire debent aut id facere voluerint, eorum imitatores. Ego, in Dei nomen, Constantinus, et uxor sua Teodrada, pro amore et voluntate Dei et sancti Benigni et animarum nostrarum remedio, do namus ad ipsa casa Dei sancti Benigni, villare cum casa desuper posita, cum exo et regresso, qui est in pago Cavillonense, in fine Rubiliacense, vel in villa Rubiliaco; terminat, de uno latere, terra sancti Stephani et sancti Simforiani; de alio latere, exio communale; de uno front, terra sancti Stephani; de quarto front, terra sancti Jorgii; abet in longo perticas VIII et pedes V et dimidio, et in lato perticas XI et pedes V et dimidio : infra istas terminaciones vel perticaciones, ipso vilaro vel casa ad ipsa casa Dei sancti Benigni donamus, tradimus atque transfundimus, ut in omnibus in Dei nomen, liberam abeatis potestatem ad faciendum quicquid volueritis, nullo contradicente. Si ergo nos, aut ulla oposita persona, que contra presentem donacionem venire vel calumniare voluerit, non valeat evindicare quod repetit, sed inferat vobis, una cum fisco, auri libras II; et donacio ista, a me facta, omni tempore firma permaneat, stipulacione subnixa. Actum Rubiliaco villa, publica. Sigu Constantino. S. Teodredane, qui donacionem istam fieri et firmare rogaverunt. S. Velfeiso. S. Ermengiso. S. Evroino. S. Ingelbaldo. S. Romano. S. Ermoino. S. Ermenbaldo. S. Amoino. Ego Arierius rogatus scripsi et subscrispsi, datavi die veneris, in mense januario, anno XIII regnante Karolo rege.